



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

VIII. Vt scripturae quas sacerdotes vel ministri iniuste fecerint, post mortem eorum habeant annorum numerum computatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

ANNO
 CHRISTI
 655.

* retinea-
 tur

* reddatur ratio plena, aut fraus non inueniatur
 illata. Quod si presbyter, aut diaconus fuerit, quos
 obiisse constiterit, non sine cognitione sui episco-
 pi rem eius heredibus adire licebit. Quisquis sane
 post hæc transgressor inuentus extiterit, pro his
 quæ non expectato hoc ordine adierit, inuasionis
 damno legis sententiæ subiacebit.

VIII.

Si sacerdotes, vel ministri, dum gubernacula
 ecclesiarum administrare videantur, contra patrum
 sanctissimas sanctiones de rebus ecclesiæ definisse
 aliqua dignoscantur, non ex die quo talia scriben-
 do * decreuit, sed ex quo talia moriendo definita
 * reliquit, supputationis ordo substabit. Nusquam
 etenim * poterit ad tricennium temporis pertine-
 re vita irritæ iudicantis: quia status contractuum
 initia non assumpsit ab origine æquitatis.

IX.

Plerique dum rapinis inhiant, vt non debent,
 aut miserationis opus condigne non implent, aut
 indebita ipsi miserationi damna permiscunt. Ideo-
 que ne amplius misericordiæ opus execrabile dila-
 batur in scelus, id communi decreto sancimus, vt
 cum pontificem mori contigerit, episcopus, qui ad
 humandum corpus eius aduenerit, descriptis the-
 sauris, * atque domorum internis, si locuples dece-
 dentis ecclesia fuerit, non amplius quam † libram
 auri in rebus quibus ei placuerit, exceptis orna-
 mentis ecclesiæ, cum gratia offerentum auferre
 pertentet. Si vero minor rebus extiterit, dimidiam
 libram sibi licenter vsurpet: nam & hæc ipsa vsur-

16. quæst. 3.
 Si sacerdo-
 tes.

De tricena-
 li possessio-
 ne in rebus
 ecclesiæ, vi-
 de Conci-
 lium Cal-
 chedonens.
 Can. 17. &
 Tolet. IV.
 cap. 34. &
 epistolam
 Gelasii pa-
 pæ ad epi-
 scopos Si-
 cilie.

Extat de
 hac ipsa re
 decretum
 Concilii Va-
 sensis C. 2.
 & habetur
 apud Gra-
 tianum 12.
 quæst. 2.
 Præcipien-
 dum.

† Centum
 drachmas
 auri valet,
 quæ faciunt
 decem auri-
 reos coro-
 natos, ex
 Budæo.

* decre-
 uerunt,

* relique-
 runt,

* ad tri-
 ennium te-
 poris per-
 tinebit ir-
 rite hoc
 iudicantis:

* atque
 ornamē-
 tis omni-
 bus,